atque distribuit. Antiquiores autem indifferenter et acute pergere et acutis perspicacibus et diutius utebantur. Unde nobis maxima utilitas visa est et communiores harum posse divisionum et eas propriis differentiis disgregare et divisione quidem quantum introductionis brevitas patiebatur diligentissime expressimus.

Omnis ratio disserendi quam perypothetici veteres logicen appellaverunt in duas distribuit partes unam inveniendi alteram iudicandi. Et ea quidem pars que iudicium purgat atque instruit ab illis dicta est analetice a nobis potest resolutoria nuncupari. Ea vero que inveniendi facultatem ministrat a Grecis topice a nobis dicitur locus. Ac de illa quidem parte que iudicandi magistra est illa disputabitur alias. Nunc autem est consilium aperire qui sint loci que eorum differentie que etiam quibus accommodati sunt sillogismis. Neque autem id superstitiose atque uniformiter videtur esse faciendum via duplex est tractanda partitio. Una quidem exercitatis voluminibus excerpta aliqua vel ex Marci Tullii topicis sumpta atque in hiis illud speculationis ad perfectionem est astruendum ut in quibus utraque divisio differat quibus conveniat explicetur quomodo altera alteram invicem possit includere. Et nunc quidem nos in singulis immorabimur sed de tota divisione communiter differentium locorum tantummodo ex quibus argumenta nascuntur divisiones exempla differentias que colligentes singula vero hic pro qualitate operis diligentius in hiis octo voluminibus expedita sunt quibus Aristotelis in latinam orationem topica vertimus vel hiis septem quibus Marci Tullii topicis luce plene expositionis infudimus. Nulli igitur cuncta propriis atque enodatis partibus expedita hic que alias pertinebant patefacta sunt. Ceterum speculatione tractandum est dyaleticos solum locos sed etiam rethoricos qui duo hii inter se atque a dyaleticis differant cura est exsequendi ut in omnibus undique locis plena consideratione propositis eorum que inter se differentiis communitatibusque pernotatis et argumentorum copia competens et claro locorum possit esse diffinito ut quoniam cuncta perspicitur omnibus ostenden- paulo altius ordiendum est.

Propositio est oratio verum vel falsum significans ut si quis dicat celum esse volubile hec et enunciatio et proloquium nuncupatur. Questio vero est in dubitationem vel ambiguitatem que adducta propositio ut si quis querat an sit celum volubile. Conclusio est argumentis approbata propositio ut si quis ab aliis rebus probet celum esse volubile. Enunciatio quippe sive sincera dicatur sive ad aliud afferatur propositio fit si de ipsa dubitetur questio. Si ipsa approbata conclusio est idem igitur est propositio questio conclusio sed differunt modo supradicto. Argumentum est ratio rei dubie faciens fidem quod vero idem argumentum atque argumento